



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. In quibus casibus locator potest inquilinum invitum etiam ante tempus locationis finitum expellere (ex conducta domo) & vicissim conductor ex justa causa recedere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

si damnum in talibus rebus patiatutus colonus, quando nondum à solo separata i, aut collecti sunt factus; & nisi expelere in pacatum deducatur sit, quod ob damnum fortuitum nihil de pensione remittendum sit; vel ipsius coloni culpam damnum tale accidentit, &c. in contraria enim casibus, damnum totum coloni est pacientis taliter, vel culpam committentis, vel collectorum jam fructuum, quamvis in horreum invecti nondum furentur, jam Domini.

## §. III.

An locator possit ante, vel saltem post finitum locationis tempus conductorem expellere ex fundo?

**R**espondetur sicuti non potest ante finitum locationis tempus, conductorem ex fundo locato, aut domo conducta expellere, quamvis alius majorem pensionem offerat, L. Si olei 21. Cod. b. t. ita finito locationis tempore, propriâ auctoritate, vel intentata actione locari, eum expellere potest, etiam si eandem ipse pensionem solvendam offerat, quam novus conductor solvere promittit L. Ne cui 32. Cod. Eodem (nisi per pactum aliter fuerit convenit) aut consuetudo in illo loco recepta aliud habeat) ne cum suo incommodo à re sua fruenda, & utenda impediatur Dominus.

## §. IV.

In quibus casibus locator potest inquitum invitum etiam ante tempus locationis finitum expellere (ex conducta domo) & viceversa conductor ex justa causa recedere?

Potest locator in aliquibus casibus invitum inquitum, cui domum clo-

Compend. Pirkings.

cavit, ante finitum locationis tempus expellere, vel amovere. Primo scilicet, si probet locator proptis usibus domum à se locatam, esse necessariam, et quod domus, quam modò inhabitat, vel tuhos sit, vel corruerit, aut alter perierit, vel familiam ipse habere incipiat, vel quod filio suo domum propriam cedere debeat, &c. si horum nihil, dum domum elocavit extraneo, imminebat, aut præviderat; utique enim in casu necessitatis præferri debet Dominus in usu suæ rei cuivis extraneo, ita ut nec pactum, de non ejiciendo inquilino, ante tempus locationis finitum, ad hos extraordinarios casus, se extendat. Secundo si domus locata necessariò reficienda sit, que ramen tempore locationis non indigebat refactione, ita ramen ut pro rata portione temporis, quo domum talem habitare non potest conductor, mercedem locationis remittat locator, prout æquitas postulat, & interesse erit, si tempore locationis scivit domum locatam indigere refactione, ne damnum ex bona fide sua patiatut conductor. Tertiò, si conductor in aliis conductis male & perversè versatus sit, deteriorando malitiosè, & notabiliter, & diu duraturè deterioratione, rem conductam, vel quod in easædes receptoris, furæ, latrones, meretrices, &c. ob damnum, quod hæc & nunc locatori facit, vel ob infamiam, &c. Quartò, si pensionem solvere intermitat conductor per biennium, ut vult etiam cap. Propter §. Verum, nisi moram celeri satisfactio ne purget, si ad longum tempus, decennium v. g. fuit facta locatio.

Sicuti autem ex dictis causis invitum

R. 11

etiam

etiam conductorem expellere potest ex  
sedibus sibi locatis locator, ita potest  
etiam justis de causis abire ex conductis  
sedibus, invito locator, conductor,  
ante finitum locationis tempus, ut si ob  
impedimentum interveniens inhabitari  
et des tales non possint, quod spectris in-  
festae sint, quod sint obnoxiae incursum  
hostili, quod sint periculosa ob lumen  
grassantem, &c. ita ut de pensione re-  
mitti illi debeat juxta proportionem tem-  
poris, quo re conducta uti non potuit.

## §. V.

*Ex qua culpa teneatur tum con-  
ductor, tum locator?*

**R**espondetur, neutrum teneri, de  
culpa levissima, aut casu fortuito,  
teneri tamen utrumque de dolo, culpa  
lata, & levi (quia contractus hic in  
utriusque gratiam, conductoris scilicet  
& locatoris sit) nisi expresso pacto alter  
inter utrumque conventum fuerit.

## §. VI.

*De permissa, vel prohibita locatio-  
ne, & conductione rerum Eccle-  
siasticarum.*

**Q**uod non possit ad vitam recipien-  
tis, aut concedentis, vel ad longum  
tempus, ultra deceaniū scilicet, res  
Ecclesiastica, sine causis, & solemnitatibus  
a jure ad alienandas res tales, re-  
quisitis, de jure antiquo elocari, ex Cle-  
ment. i. De rebus Ecclesia non alien. jun-  
cta Glossa V. ejus patet (quia per eam  
jus utilitatis, sive dominium utile rei,  
ejusque possessio translata censetur) ad  
modicum vero tempus (infra decea-

nium scilicet de jure antiquo) sine his  
l. omnitatibus à Prelato Ecclesia lo-  
posse, ex cit. Clement. i. Capit. nō. li  
Prelati vices suas, &c. cùm pertalenti-  
cationem ad breve tempus nec do-  
cumentum utile, nec jus aliquod ab Ecclesi-  
a in conductorem, nomine Ecclesi-  
cantis fructus v. g. colligentis, trans-  
censeatur. Jure tamen novo in Euro-  
vag. Ambitiosa. Vnic. De rebus Ecclesi-  
a non alienandis: inter communas  
rerum Ecclesiasticarum elocatio fabri-  
catis prohibita est, si fiat (sine lati-  
nitaribus scilicet) ultra triennium (ad  
scilicet) quæ constitutio sine dubio de-  
vari debet, in quantum in aliquo loco  
recepta est. Neque enim in tabernac-  
lio ultra triennium elocari prohibit, et  
venniū v. g. utiliter elocati pontificis  
pacto scilicet, ut finito primo triennio  
ad secundum triennium elocatio devo-  
facta censeatur (cùm pactum rala fra-  
udem legis prohibentis elocationis  
ultra triennium factam) ita ut non val-  
saltem quoad excessum, cùm in a-  
casu utile per inutile, à quo separari po-  
test, vitiari non debeat. Fructus inde  
decimarum v. g. aut aliorum reddituum  
Ecclesiasticorum Laicis etiam, qui  
elocare possint beneficiari, propter  
annua, ultra triennii tempus, vel etiam  
ad vitam concedentis ex capit. V. h. p.  
h. t. pater, cùm per talen locationem  
deque jus aliquod in conductione  
transferatur, neque Ecclesiæ purgat-  
etur.

• 5(0) •

§. VII.